



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui accipiunt poenitentiam, & plus desiderant temporis constituti
expletionem, quàm peccati remissionem. clxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

taxat, ut & Deo qui remissor est peccatorum confiteamur peccata nostra, & hoc perfectorum est, & cum David dicimus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Duxi, confitebor aduersum me iniusticias meas domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed tamen apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro iniuicem ut saluemur. Confessio itaque quæ Deo soli fit, quod iustum est, peccata purgat: eaverò quæ sacerdoti fit, docet quæliter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanitatis autor, & largitor, plerunque hanc præbet suæ potentiae iniuicibili administratione, plerunq; medicorū operatione.

De illis qui accipiunt pœnitentiam, & plus desiderant temporis constituti expletionem, quam peccati remissionem. Cap. CXLVI.

Multi, quod non sine dolore dicendum est, in pœnitentia, non tam peccati remissionem, quam temporis constituti expectant expletionem, & si carnium & vini usus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione, instantum deliciis suis indulget, ut deliciosius his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu viuere cognoscatur. Spiritualis autem abstinentia, quæ in pœnitentibus potissimum vigere debet, quorundam ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet. Ille inquam, ille magis parsimonie seruire censendus est, qui sibi non solum quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit.

Quod secundum canonum & pœnitentialium statuta, pœnitentiæ dandæ sint. Cap. CXLVII.

Cum igitur omnia consilia canonum quæ recipiuntur, Ex cœcil. sint à sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit Mogüti, eis viuendum & prædicandum, necessarium duximus, ut ea cap. 20. quæ ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis, & planctandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & benè intelligatur, & in populo prædicetur.

Vt nullus iniustas mensuras, & pondera iniusta, & à ciubus non collaudata, lucri causa dare præsumat. Cap. CXLVIII.

VT mensuræ & pondera iusta fiant, sicut indiuinis legibus censitum est, & in capitulari dominico contine-

*Ex pœnitentiali
Bede presbyteri.*

*Ex cœcil.
Mogüti,
cap. 20.*

*Ex eodē
cap. 21.*